

**SCRIPTORES RERUM GERMANICARUM IN
USUM SCHOLARUM EX MONUMENTIS
GERMANIAE HISTORICIS SEPARATIM
EDITI. WIDUKINDI MONACHI CORBEIENSIS
RERUM GESTARUM SAXONICARUM LIBRI
TRES, EDITIO QUARTA**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649140664

Scriptores rerum Germanicarum in usum scholarum ex monumentis Germaniae historicis separatim editi. Widukindi monachi corbeiensis Rerum gestarum saxonicarum libri tres, editio quarta by Georgium Waitz & Karolus Andreas Kehr

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

GEORGIUM WAITZ & KAROLUS ANDREAS KEHR

**SCRIPTORES RERUM GERMANICARUM IN
USUM SCHOLARUM EX MONUMENTIS
GERMANIAE HISTORICIS SEPARATIM
EDITI. WIDUKINDI MONACHI CORBEIENSIS
RERUM GESTARUM SAXONICARUM LIBRI
TRES, EDITIO QUARTA**

SCRIPTORES
RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS
SEPARATIM EDITI.

WIDUKINDI MONACHI CORBEIENSIS
RERUM GESTARUM SAXONICARUM
LIBRI TRES.

EDITIO QUARTA.

HANNOVERAE ET LIPSLAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1904.

WIDUKINDI
MONACHI CORBEIENSIS
RERUM GESTARUM SAXONICARUM
LIBRI TRES.

EDITIO QUARTA.

POST GEORGIUM WAITZ

RECOGNOVIT

KAROLUS ANDREAS KEHR.

ACCEDIT LIBELLUS

DE ORIGINE GENTIS SWEVORUM.

INEST TABULA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1884.

67550
10/1/86

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

PRAEFATIO.

Prioris Rerum gestarum Saxonicarum editionis omnibus fere exemplaribus dixenditis cum bibliopola honestissimus, ut nova emitteretur, petiisset, non visum est priorem illam
5 Georgii Waitz b. m. suo tempore funditus ac splendidissime elaboratam prope integram recudere, cum pateret recentiorum, imprimis Bernhardi de Simson V. Ol. studiis¹ tantam scientiae effectam esse commutationem, ut fortioribus, ut ita dicam, remediis opus esse videretur. Cum igitur huius
10 novissimae editionis adornandae cura mihi demandata esset, textum tamen, nisi quibus locis admodum necesse erat, non immulavi, apparatus criticum ex integro renovatum, quoad fieri potuit, ad verbum retinui, pristinarum plurimas annotationum, etiam quas G. H. Pertz, I. F. Böhmcr, I. Grimm
15 b. m. illis Georgii Waitz scriptorum modii aeri edendorum primitiis adiecerant, repetivi; nec prooemium olim scriptum, hodie hic illic obsoletum, plane reieciendum esse censi, sed emendavi et addidi quae nunc probantia videbantur. Appendice subiunximus libellum quendam de origine gentis Svecorum fabulose conscriptum, qui quamvis Widukindi cum
20 libri primi partibus singularem quandam similitudinem praese ferat, quae e veterrimis fabulis theodiscis emanasse videtur, in Monumentis Germaniae ad hunc diem nondum typis datus erat. Indicem nominum propriorum confeci novum. [Indicem
25 rerum et verborum, qui non solum omnia rara singulariaque vocabula, verum etiam quicquid verborum sermonumque ad disciplinam rei publicae pertinentium memorabile erat, continet, historicorum, non grammaticorum usui accommodatum, socius Edmundus Stengel post obitum iuvenis editoris con-
30 scripsit].

1) 'Zur Kritik des Widukind' in 'N. Archiv' XII, p. 597. 598; 'Ueber die verschiedenen Texte des Widukind' ibid. XV, p. 565—575.

1. De Widukindi vita et scriptis deperditis.

De¹ vita auctoris quae scimus sane paucissima sunt. Nomen Widukint, Widukiudus erat, nam ita eum appellat et codex antiquissimus *Rerum gestarum Sax.*² et catalogus abbatum et monachorum Corbeiensium³ annis fere 1156— 5
1158. conscriptus⁴ et liber confraternitatum S. Bertini saec. X. nuper a Leopoldo Delisle V. Cl. in lucem prolatus⁵. Saxonem eum fuisse cum ex quavis operis pagina tum ex formis nominum ab eo usitatis patet; ipse se monachum Corbeiensem praefatione libri primi profitetur. 10
Catalogis iam dictis testibus Folcmaro abbate, qui inde ab a. 917. usque ad diem alterum mensis Octobris a. 942.⁶ monasterio praefuit, in monachorum numerum relatus est; inter quinquaginta fratres cum ultimo proximus inducitur, postremis demum Folcmari annis videtur coenobium in- 15

1) Quoniam in numero X. saeculi rerum scriptoribus Widukiudus principatum obtinet, quod multi fuae de eo disseruerint, non est quod mireris. Ac primum quidem Bercht et de Brincken, *De Witekindi Corbeiensis vita et scriptis etc.*, Acta societatis lablonocianae nova III (Lipsiae 1812), p. 128—187; tum M. Th. Contzen, *Die Geschichtschreiber der Sächsischen Kaiserzeit* (Regensburg 1837) p. 11—28; G. Waitz apud Schmidt, *Zeitschr. für Geschichtswissenschaft* II (1844), p. 100 sq.; W. Maurenbrecher, *De historicis decimi saeculi scriptoribus* (Bonnae 1861) p. 32—45; R. Köpke, *Widukind von Korvei. Ein Beitrag zur Kritik der Geschichtschreiber des zehnten Jahrhunderts* (Berlin 1867), praecipue de 25 libri compositione atque indole disputavit, sed multa nimis acule eum excogitasse recte monuerunt ipse Waitz (*Götting. gelehrte Anzeigen* 1867. p. 1429 sqq. et *Forschungen zur Deutschen Geschichte* IX, p. 335 sqq.), Maurenbrecher, *Hist. Zeitschr.* XVIII (1867), p. 433 sqq.; J. Raase, *Widukind von Korvei* (Dissert. Rostock, 1880); W. Wattenbach, *DGQ.* 50 ed. 7. (cur. E. Dümmler) I, p. 365—369. et praefat. ad versionem Germanicam in *Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit* ed. 2. XXXIII; Ebert, *Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters im Abendlande* III, p. 428—434; Hauck, *Kirchengeschichte Deutschlands* III, p. 311—317. 2) *Infra* p. 1, n. f; cf. *ibid.* p. 38, n. h. *Codex B 1* 35 praebet widukiudus, reliquis breviantibus. Sed widukiudus forma antiquior est, sicut omnino ille codex Casinensis, quamquam aut potius quoniam ab Italico homine scriptus est, nominum Saxonico-rum formas integerrime servavit. Widukiudus in litteris Corbeiensibus circa saec. XII ex. scribebatur; cf. Jaffé, *Monumenta Corbeiensia in Bibl. rerum German.* I, 40 p. 605. Similiter chronica: Sigeberti, SS. VI, p. 351: guindichindus, Ekkehardi codex D 1, *ibid.* p. 181, n. d: witikindus, Saxonis Annalistas a. 973, *ibid.* p. 625: widikiudus; ideoque editores recentiores plerumque ita fere scripserunt. 3) Ed. O. Holder-Egger, SS. XIII, p. 276. 4) Sed magnam partem ex vetustioribus serièbus desumptus; 45 Holder-Egger l. l. p. 274. 5) *Bibl. de l'École des chartes* LX (1899), p. 225. 6) Cf. Dümmler, *Kaiser Otto der Grosse (Jahrbücher)* p. 94, n. 1.

trasse¹. *Folcmari* successor *Boro II*, qui annis 942—948. monasterium *Corbeense* rexit, a Deo nobis ostensus, non concessus memoratur *III*, 2; fibulam auream ab *Hugone* duce *Burgundiae* a. 940. *Ottoni I.* regi dono concessam, gemmarum varietate mirabilem se vidisse in altari protomartyris *Stephani* rutilantem animadvertit *II*, 35². Sed vix monasterii muris semper fuit inclusus; quod videtur apparere ex *II*, 40: Eo tempore cum moraretur rex in campis silvestribus venationem agens, obsides *Bolizlavi* [ibi] vidimus³. Immo vero ipsum in palatio vel apud *Wilhelmum* archiepiscopum *Moguntinum*, *Ottonis I.* nothum, degisse voluit *Köpke*⁴, sed nusquam indicatur: non is erat auctor, qui hac de re taceret, et summo iure *Hauck*⁵ ex iis, quae *Widukindus II*, 36. de *Ottone* dicit: Quotienscumque autem sit opus corona portanda, ieiunium semper precedere pro vero traditur, diutius eum in aula palatii versatum esse utique negavit. Nec *Mahthildis* *Ottonis* filiae,

1) *Ann. Corbeenses* ed. *Chr. Fr. Paulini*, *Rerum et antiquitatum Germ. syntagma* p. 380 — *Leibniti SS. Brunseio*, *II*, p. 301, quos nullius fidei esse facile est intellectu, a. 971: Claruit, inquit, *Witichindus* noster, praeclarus historicus, *Mahthildae* reginae specialiter carus. Nec melius est, quod *Ioannes Trithemius Spunheimensis*, *Ann. Hirsaug.* *I*, p. 98 sq., monet plus quam quadraginta annis eum scholae *Corbeensi* praefuisse, ipsum *Meginradi* scholastici *Hirsaugiensi* fama allectum hunc adisse et per aliquot dies apud eum esse commemoratum. Quibus mendacis allatis nimis fere honores tribui. 2) Cf. *Böhmer - ab Otenthal*, *Regesta Imperii II*, nr. 89d. 91; *Hauck*, 'KG.' *III*, p. 311, n. 7. 3) *Ottonem* annis 945. 946, quorum altero hoc factum esse videtur (*Reg. Imp. II*, nr. 127d), *Corbeiae* vel prope *Corbeiam* versatum esse traditum quidem non habemus. Econtra ex *II*, 36: Nam quosdam audivimus accusatos et peccati manifestos, ipsum (*Ottonem*) eorum advocatum et intercessorem (p. 81, l. 17 sqq.) *Widukindum* iudicis illis assedisse mea quidem sententia non utique debemus concludere. Neque intellego, qui factum sit, ut *Wattenbach*, 'SB. der Berliner Akademie' 1896. p. 340, arbitraretur eum abbatem comitem *Werlensi* (*III*, 70) adfuisse, epistolae, quam imperator ad *Saxonum* principes dedit, recitatae testem. 4) *P.* 60 sqq. 52: 'Wilhelm von Mainz war auch sein Beschützer, sein Auftraggeber, Förderer und Censor'. Cf. *Gundlach*, 'Heldenlieder der deutschen Kaiserzeit' *I*, p. 64 sqq.; *Mittag*, 'Erzbischof Friedrich von Mainz und die Politik Ottos des Grossen' (*Progr. des Askani. Gymn. zu Berlin*) 1895) p. 14. 22 sq.; quorum opinionem *Wattenbach*, 'Über *Widukind* von Corvey und die Erzbischöfe von Mainz' *I*, l. p. 339—352, praesortim p. 350, merito refutavit. — *Köpke* coniecturam suam inde deducit, quod *Widukindus* tantummodo sub *Folcmaro* abbate in catalogo monachorum occurrat, sub posterioribus desideretur. 4) *Sel et Holder-Egger*, *SS. XIII*, p. 274, et *Wattenbach*, 'DGQ.' ed. *T. I*, p. 306, n. 2, eorum tantum fratrum, qui quoque sub abbate comitem accesserint, non omnium, qui extiterint, nomina catalogo contineri stulerunt. 5) 'KG.' *III*, p. 311, n. 7.

iam a parvula aetate contubernio sanctimonialium Quedlinburgensi traditae¹, Corbeiensis monachus habendus est magister; ex praefationibus ipsi inscriptis Widukindum ex longinquo, ut ita dicamus, eam veneratum esse et laudibus extulisse potius concluderimus. Nihil praeterea de eius vita⁵ constat, nihil de se ipso annotavit; nulla parentum aut primae eius pueritiae, nulla regionis aut loci, unde originem duxerit, ubi priores vitae annos egerit, accuratior exstat cognitio; ne mortis quidem annum compertum habemus².

Memoriam eius quae scripsit opera posteris servarunt; nonnulla autem perierunt. Sigebertus, qui in libri de scriptoribus ecclesiasticis c. 129. de Widukindo refert: Scripsit, inquit, historiam Saxonum usque ad mortem primi Othonis imperatoris, et ad Matildam filiam Othonis imperatoris scripsit vitam ipsius imperatoris. Scripsit¹⁵ metricae passionem Theclae virginis, et vitam Pauli primi eremitae alterno stylo scripsit³. Illa repetit in chronico⁴, atque idem fere dixit Annalista Saxo⁵. Quae de Paulo et

1) Vita Mathildis ant. c. 10, SS. X, p. 578; Ann. Quedlinburg. a. 999, SS. III, p. 75. 2) Nihil possumus statueri, nisi Othonis Magni eum superditum fuisse, cuius a morte libro tertio finem imposuerit. — Incredible iterum sunt, quaecumque soli isti Annales Corbeienses recentiores, Leibniti SS. Brunsvic. II, p. 302, alucinantur a. 1004: Monumentum erexit Witechindo nostro historico Hosat abba, quem pium et doctum scholae magistrum vocat et historicum, etiam regi et reginae dilectum. Cf. Köpke p. 172. 3) Ed. Fabricius, Bibliotheca eccles. p. 108. 4) A. 973, SS. VI, p. 351: Otto senior imperator obiit, cuius vitam Guindichindus monachus descripsit, qui etiam hystoriam Saxonum usque ad hunc annum conscripsit. 5) Ibid. p. 625. Trithemium quoque nihil nisi hanc Sigeberti annotationem prae oculis habuisse apud me constat. Asseruat Ann. Hirsaug. p. 98. de nostro: Hic inter reliqua ingenii sui opuscula scripsit de origine Saxonum lib. tres. Ad Mathildam quoque filiam Othonis primi scripsit gesta Heinrichi primi regis librum unum. Ad eandem vitam et gesta Mathildis reginae, uxoris eiusdem Heinrichi regis primi, Othonis quoque primi gesta ad eandem conscripsit. Vitam sanctissimi Pauli primi eremitae genuino stylo conscripsit. Passionem quoque S. Theclae virginis pari dicendi genere composuit. Multa etiam alia scripsisse dicitur: quae ad manus nostras adhuc minime pervenerunt. Ibidem librum de studiis veterum monachorum eum confecisse testatur, ex quo haec affert verba: Monachorum ille (Megivradus) doctissimus praeceptor veluti Hieronymus alter divinarum interpres scripturarum profundissimus sua nos eruditione vertit in stuporem: ut vere caelestis sapientiae dici queat armarium, quippe quem nihil lateat doctrinarum. Ac plura haviolatur in catalogo illustrium virorum (Opera ed. Freher I [Francof. 1601/ p. 129]: Ad Mechtildam filiam Othonis primi de gestis Saxonum lib. III; ad eandem gesta Othonis primi lib. I; sermones ad fratres lib. I; epistolarum ad diversos lib. I; vitam divi Pauli primi heremitae